



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

**Luxemburgi, 1748**

CCXLVIII. Facultas moderno, & pro tempore existenti Collegii Italo-Græci  
Corsinum nuncupati Rectori, ut illius Alumnos, & Convictores ad Lauream  
Doctoralem in Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ studiis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

Missionum ab ipso Leopoldo Archiepiscopo susceptam, statutamque, vero etiam præinserta Capitula, Regulas, & Leges, ac signanter omnes, & singulas assignationes ab eodem Leopoldo Archiepiscopo pro Missionum hujusmodi mantentione factas, ut præfertur, & ab Archiepiscopis Salisburgen. Successoribus suis perpetuis futuris temporibus omnino servandas auctoritate Apostolica tenore præsentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque defectus, si qui desuper in illis quomodolibet intervenerint, dicta auctoritate supplemus, & sanamus.

§. 25. Insuper Missionarios tam ab ipso Leopoldo Archiepiscopo jam designatos, & nominatos, quam sive ab ipso etiam, sive suis successoribus in posterum juxta Capitula, Regulas, & Leges præinsertas designandos, & nominandos semper Apostolicos Missionarios dici, vocari, & esse eadem auctoritate decernimus, & declaramus, eisdemque Missionariis, ut omnibus, & singulis privilegiis, honoribus, prærogativis, & exemptionibus, quibus hujusmodi Apostolici Missionarii tam de Jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant auctoritate prædicta concedimus, & indulgemus.

§. 26. Volumus quoque, ut Missionarii sic, ut præmittitur, instituti, ac deinceps in prædicta Diocesi instituendi, tam eidem Leopoldo moderno, quam pro tempore existentibus Archiepiscopis Salisburgen. regimini, & directioni in iis, quæ ad exercitium Missionis pertinent, subjacere, eisque omnino parere debeant, ac necessarias facultates ad Missiones prædictas exercendas ab eisdem Archiepiscopis, juxta eis tributam, & deinceps singulis quinquenniis per organum memoratæ Congregationis Cardinalium removendam mediante formula tertia præfatarum facultatum, auctoritatem in totum, vel in partem, sicut eisdem Archiepiscopis magis in Domino expedire videbitur, recipiant, servata semper eorumdem Archiepiscoporum tam circa facultates, quam circa loca, & tempus easdem exercendi moderatione, nullo vero modo extra fines suæ respectivæ Missionis iis uti queant, ad quam donec, & quousque pervenerint nulla prorsus exemptione, & privilegio gaudere possint.

§. 27. Hortamur demum paterne simul, & efficaciter eisdem Archiepiscopos, ne graventur quolibet quinquennio, nempe cum renovari sibi prædictæ formulæ tertiæ facultatum postulabunt, Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem per organum ejusdem Congregationis de fructu, & progressu, dictarum Missionum certiorare, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 28. Decernentes easdem præinsertas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 29. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis, & Diocesis Salisburgen., ac quorumcumque Ordinum, aliiſve quibusvis etiam juramento, Con-

firmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliorboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Januarii 1739. Pont. nostri Anno IX.

Facultas moderno, & pro tempore existenti Collegii Italo-Græci Corfinum nuncupati Rectori, ut illius Alumnos, & Convictores ad Lauream Doctoralem in Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ studiis promoveat.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præclara Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de Græca Ecclesia cum summa Apostolicæ caritatis laude insignita meritum, qui ad nationem Græcorum tot Sanctis Patribus pietate, ac doctrina illustribus inclitam semper, & ubique in pristina Catholicæ fidei unitate, sanæque doctrinæ confessione retinendam, confirmandamque eximii beneficiis cumulare, patrocinio fovere, opibus juvare, & omnibus Pontificiæ benignitatis liberalitatisque officiis allicere, & quodammodo obligare adlaborarunt, studiatuolentes Nos, operam quoque nostram, sollicitudinemque, quantum cum Domino possumus, ad ejusdem Græcæ Nationis commodum, utilitatem, ac decus, & ornamentum desiderari haud passi sumus, nec impossemus patiémur.

§. 1. Primum quidem pro dilectis filiis Italo-Græcis dictis, qui ex Patriis regionibus propter Catholicæ Fidei causam jamdudum profugi in Italiani adventientes in aliquot Neapolitani Regni Provinciis, & Diocesisbus domicilia fixerunt, ibique commorantes Patrios Sacros Ritus, Ceremonias, ceteraque non solum perpetua venerandæ antiquitatis traditione integerrime custodita, verum etiam iteratis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Oraculis approbata, & confirmata sanctissime servare dignoscuntur, in Calabriae mediterraneo, ubi maxima illorum multitudo, ac numerus reperitur, Seminarium, seu Collegium de gentilitio nostro nomine Corfinum dictum excitandum, instruendumque curavimus.

§. 2. Deinde vero præter Rectorem, aliosque Magistros, & Ministros, qui sedulam Alumnorum, Convictorumque in prædicto Seminario, seu Collegio pro tempore existentium curam gerunt, Venerabilem etiam Fratrem Samuelem Beroensem Archiepiscopum, qui hujusce rei instituendæ, concipiendæque ab initio Nobis auctor ex antedicta Natione Italo-Græca oriundus, perfectam omnium ejusdem gentis rerum notitiam doctus ipsos instrueret, sacris initiaret, ceteraque ad Divinum cultum adaugendum Catholicæ Fidei stabilimentum, & animarum salutem procurandam opportuna, & necessaria obiret, eidem Seminario, & Collegio Antistitem, & supremum moderatorem præfecimus, constituimus, & deputavimus, & alias prout in nostris sub Plumbo desuper expeditis literis uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut pro parte moderni Rectoris Collegii prædicti Nobis nuper expositum fuit, Alumno, Convictoresque, qui in eodem Seminario, seu Collegio commorantes, Philosophiæ, ac Theologiæ operam navant, inde exacto

Dat. die 12. Januarii 1739. An. IX.

CCXLVIII.

Procursium.

Clemens Collegium pro Italo-Græcis constituit, illudque Corfinum vocat.

Eique dat in Antistitem simul, & directorem Archiep. Beroensem.

Clementi supplicatum ut Rectori facultatem concederet Alumnis, &

Missionariis sic designatis, & designandis aliorum Missionariorum prerogativas, & privilegia clarificatur.

Eos directioni, & Superioritati Archiep. subdit.

Archiepiscopis onus injungit certiorandi d. Sac. Congregationem de progressu Missionum.

Præsentium Literarum firmitas.

Derogatio contrariorum.

1739.  
Convictori-  
bus dandi  
Lauream  
Doctorem.

Philosophiæ, ac Theologiæ, ut præfertur curriculum exeuntes Lauream earumdem scientiarum, quas inibi edicunt, in aliis publicis universitatibus laureandi facultatem, auctoritatemque habentibus, in quibus Alumni, Convictoresque prædicti nomine scientias hujusmodi percipere possunt, nullo pacto consequi valeant: Nobis propterea eorumdem nomine supplicatum est, ut Alumni, Convictoribusque tam de præsentibus, quam in futurum in eodem Collegio existentibus eandem Apostolicæ benignitatis gratiam, quam Alumni, Convictoribusque aliorum Pontificiorum Collegiorum, ac præsertim hujus Almæ Urbis nostræ Romani Pontificis Prædecessores nostri concesserunt, de Apostolicæ potestatis plenitudine elargiri dignemur.

Benigne annuit Pontifex.

§. 4. Nos igitur volentes ipsis Alumni, seu Convictoribus quibuscumque, & cujusvis Nationis, & Ritus existentibus gratiam facere specialem eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendam harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, moderno, & pro tempore existentibus dicti Seminarii Italo Græcis Corsini Rectoribus, ut ipsi de cetero de consensu, & auctoritate præfati, & pro tempore existentis Antistitis hujusmodi, ut præmittitur, moderatoris, & Præsidentis, Alumnos, seu Convictores, qui Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ cursum in eodem Seminario integrum per sex saltem annos compleverint, atque in ultimo biennio etiam lectioni Sacræ Scripturæ per horam quotidie vacaverint, necnon omnibus qualitatibus ad id requisitis præditi fuerint, ad Doctorem tam in Philosophiæ, quam Sacræ Theologiæ studiis Lauream auctoritate nostra Apostolica promovendi, illisque solita laureæ hujusmodi insignia conferendi.

Privilegia sic Laureatis concedit.

§. 5. Utque sic promoti, & declarati omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, gratiis, & indultis, quibus alii, qui Lauream hujusmodi in quacumque publica studii generalis universitate susceperint, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia ad Ecclesiasticas quoque quascumque etiam majores in Cathedralibus, ac Metropolitanis Ecclesiis etiam Præfulatus dignitates, perinde ac si Lauream hujusmodi in aliqua approbata studii generalis publica Universitate susceperint dicta auctoritate concedendi, & indulgendi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impertimur.

Præsentium Literarum firmitas.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat plenissime suffragari, hecque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Febr. 1739. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Februarii 1739. Pont. nostri Anno IX.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium super deputatione Diffinitorum quocumque modo deficientium post celebratum Capitulum Provinciale Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ.

CCXLIX.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ, Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum non sine speciali providentia pro bono regimine disciplinæ Regularis consultum sit in familiis religiosis, ut in singulis earum Provinciis, ultra Priorem Provinciale de triennio in triennium eligendum, eligantur quatuor Diffinitores, quorum præsentia in omnibus negotiis emergentibus præfice concurrat, cumque necessitas hujus assistentiæ exigat, ut Diffinitoria semper sint completa, & hæc in parte satis specificè consultum non videatur in Constitutionibus Congregationis, & Ordinis prædictorum, ut scilicet in casibus, in quibus contingat aliquem, seu plures ex Diffinitoribus ob mortem naturalem, & civilem, aliudve impedimentum perpetuum deficere, eoque casu Diffinitorium suppleatur per Diffinitores Capituli immediate præcedentis, urgentia siquidem negotiorum passim emergentium de cetero non permittat, ut illorum accessus expectetur, quatenus illi post absolutum officium, ut plerumque evenit, ad alias partes transferant, ac proinde desiderabant, ut ab eadem Congregatione Cardinalium declararetur, ut in quocumque casu deficientiæ alicujus, five plurium ex Diffinitoribus electis in Capitulis Provincialibus Congregationis, & Ordinis prædictorum subrogati immediate, & semper intelligantur, & supplere debeant eorum voces, & vota, usquequo novum Capitulum Provinciale celebratum fuerit, si qui pro patribus additis Diffinitorio Provinciali (sicuti Diffinitorio generali) pronunciantur consueverunt, itaut per reliquum deinde, ac totum Provincialatus triennium quacumque detur, & quovis ex casu Diffinitorium deficientia, semper Diffinitorium illud plenum remaneat, & negotia occurrentia statim, & absque ulla cunctatione, & absque alio recurso, ut præfertur, non ita facile juxta eorum exigentiam expedire valeant, & in eadem expositione subjuncto, ut ad uberiorem cautelam in casu deficientiæ hujusmodi Diffinitorum Provincialium si neminem ex dictis additis contemporanee superesse contingeret, quibus, sicut præmittitur indultum fuisset, eorum vices supplere usque ad novi Capituli Provincialis celebrationem, facultatem Vicario Generali pro tempore existenti, ut una cum Priore Provinciali, & reliquis de ejus Diffinitorio, qui supersint, Diffinitores quot quot defuissent cum eisdem præminentibus usque ad novum Capitulum Provinciale eligere possint, impertiri dignaretur.

Supplex Libellus Congregationi Episcoporum, & Regularium porrectus.

§. 2. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimi, & Reverendissimi S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem libellum remisit, attentis relationibus Eminentissimi Firrao præfati Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac Patris Prioris Generalis censuit, si sanctitati suæ placuerit, posse per suas literas

D. Congregationis Decretum.

Apostolo-